

perpetuus militiarum Jesu Christi, sancti Jacobi, & Avvis (sui Regni) orta competentia cum ordinariis prelatiis, an cap. 18. fess. 24. de reformat. dum disponit in modo providendi beneficia juris patr. (ut nos supra) an debeat observari in Ecclesia pertinentibus ad Regis prelationem ratione magistratus militiarum; congregatio censuit, imò de bere observari, & in istis, nam istud jus patronatus est Ecclesiasticum, &c. ) & sic contra eundem Vallascum ubi supra. Et per consequens inferas quòd appellationi emissa in proximè dictorum beneficiorum ( tanquam Ecclesiastici juris patronatus ) provisione ob non servatam formam traditam à Trid. decret. in beneficiis cæteris juris patronatus Ecclesiastici utique esse omnino deterrendum, aliterque vim fieri, declarabitur, aditus senatus per viam violentiæ ex iis quæ latius capite diximus procedenti.

306 Item ultimò pro complemento advertite, quod si beneficia in quibus jus patronatus Regiæ coronæ competit in alium statum sint erecta; puta de Monasterio, vel prioratu, in curatum vel aliam dignitatem: non amisit coronam suam jus patronatus, sed illud retinet in erecto beneficio de novo, non enim extinctum fuit beneficium, in quo coronæ jus patronatus habebat, sed alterata fuit duntaxat ejus qualitas ac natura, variatufque duntaxat ipsius status, ut dicit Rebuff. in prax. Episcopali tit. de vicariis perpetuis n. 12. quod beneficii facta commenda reitor præsentabit in vicaria perpetua, & sic beneficium etiam Cabed. de patron. Regiæ corona c. 18. à n. 2. quòd facta commenda alicujus beneficii, quod erat 308 antea juris patronatus Regis, pariter poterit præsentari in vicariis perpetuis earumdem commendarum. Et facit Rotæ decisio adducta literaliter per Nicolaum Garciam de benef. 2. tom. 9. p. c. 2. n. 290. & facit ad propositum, quod dicit B. in l. fidejussor. §. fin. ff. de pignori. Bart. post Jacob. Butr. in l. si convenerit §. si quis ff. de pignori. actio. Sali. in l. quævis C. in quibus causis pign. tacite contraba. Negulantis in tract. de pignori. 2. p. memb. 2. n. 25. & 26. ubi dicunt, quòd quando res obligata transit 309 in aliam formam reducibilem ad primam materiam, non extinguitur jus pignoris competens in ipsa materia prima, quia res transit cum suo onere, & sua causa, l. si debitor C. de distract. pignori. c. ex literis de pignori. l. age cum Geminiano C. de translatio. l. fin. C. si de sensu vel reliquis Imperatores ff. de vestigal. & commis.

311 Rursus quoniam privilegia realia per alterationem rei non perduntur, Oldrad. consil. 267. num. 3. versitem si inspiciantur, quem sequitur Gardin. Tusc. pract. concl. rom. 6. concl. 749. fol. 575. tit. privilegia realia per alterationem rei non perduntur, qui ibidem dicunt, quod privilegium alicujus prioratus si erigatur in cathedrallem, nec cessat, nec perditur, quia nihilominus retinet priora privilegia, vide latè Meres de majoratu 1. part. quæst. 1. n. 11. cui & bene consonat Rotæ Romanæ decis. 1. 7. n. 10. & fin. p. 2. divers. ubi dicitur; quòd ita fuit 313 iudicatum in una Hispanensi decimarum 11. April. 1567. & in una Toletana dimidiarum annatarum 2. Decemb. anno 1575. ubi deciditur, quòd possessio conferendi dimidias portiones in aliqua dioecesi, trahitur ad alias portiones noviter creatas ejusdem speciei, Cephal. consil. 418. n. 54. & 55. vol. 3.

314 Quibus convenit rectè, quod si alicui competat jus ex privilegio, aut præscriptione percipiendi decimas ex aliquo fundo, si alteretur, & varietur modus feminis, ac fructuum, ex eis etiam decima solvetur & privilegium conservatur, Anton. in c. cum in tua de decim. Abb. in n. cum Eccles. Sutrina de caus. pign. & propriet. num. 54. latè Rebuff. in tract. de decimis 9. 13. n. 61. pag. 47. Rip. respons. 65. n. 8. Sylv. in sum. verb. decima quæst. 8. fol. 138. col. 3. post Hostiens. Burfat. consil. 50. num. 36. lib. 1. Alvar. 315 Vallas. consil. 8. num. 14. loquens in consuetudine vendendi decimam ex tritico, ut si feminetur milium, etiam solvenda, Meres tract. de majorat. 1. p. quæst. 10. n.

116. & supra late Burgos de Paz conf. 50. n. 8. qui e-316 tiam loquuntur de habente possessionem percipiendi decimas de omni armento depascete in aliquibus defensis, ut sit etiam tuendus in possessione percipiendi decimas de omni frumento, seu alio fructu, nam prescribens in terras certas decimas, videtur quoad omnes illius terræ fructus præscripsisse. Et magis in nostris terminis facit Rotæ decis. in causa Pistoriens. decanatus de anno 1554. coram D. Montis Flasconen. quam adducit Guidobonus decis. 118. & manuscriptis: & ad litteram aliud agens refert illam Nicol. Garcia de benef. 5. p. c. n. 507. in hæc verba. Erecto beneficio de jure patr. laicorum in titulum dignitatis decanatus reservato jure patronatus ipsius decanatus pro quatuor vocibus patronis beneficii, & pro quarta parte fratri laico, si frui possessoris beneficii, consentientis erectioni & dotem augmentis de propriis bonis, sibi ab eo collectis, illud jus patronatus non est mixtum, sed purè laicum ex fundatione & dotatione, &c.

Et facit, quia quando res empta ex pecunia redacta 317 ex re majoratus in ejus locum subrogatur, efficitur ipsius majoratus, cum omnibus qualitatibus primordialis, & accidentalibus prioris rei, juxta text. in c. 1. de vassallo decrepit e atatis. lll. conf. 23. n. 1. lib. 1. Bar. in l. general. §. bares ff. de usufruct. leg. Greg. Lop. in l. 6. tit. 11. p. 6. in gl. verb. que la non pudesse vender, col. penult. vers. adverte etiam, latissime Molin. de Hispanor. primogen. lib. 4. cap. 4. per totum, & præcipue n. 36. & seqq. vide latè Mer. d. quæst. 11. per tot. quæ faciunt ad ea quæ superius diximus, nam si tunc invenitur aliqua Ecclesia, quæ est Parochialis, si apparet aliquando fuisse Monasterium virorum & sit consistorialis, & per tempus in hunc novum statum erecta, & redacta, nihilominus conservari jus patronatus coronæ.

Quibus adde leg. 3. tit. 6. lib. 1. recopilas. quæ quidem 318 revocat privilegia ante facta & concessa à Regibus Hispaniæ beneficiorum de las montañas, quorum jus patronatus ad Regium patrimonium spectat, ibi: For ende por la presente revocamos y damos por ningunas y de 319 ningun valor y efecto todas y qualesquier mercedes por los dichos Señores Rey Don Juan nuestro Padre y Rei D. Henrique nuestro hermano, y por nos y qualquier de nos hechos por donde concedieron, y concedimos à qualquier, ò qualesquieras personas, que buviesen por juro de heredad tales Yglesias, Parochiales, ò Monasterios ò ante Yglesias, y cada una ò qualesquier dellas, y las cartas y privilegios, y confirmaciones dellas dadas, y quere mos que no ayan fuerça ni vigor, &c. quæ lex fuit condita per Catholicos Reges Ferdinandum & Elizabeth Toleti anno 1480. quam menti tradas, quia in his partibus scilicet, de las montañas, plura sunt hujusmodi privilegia, quæ ejus decisione possunt impugnari.

CAPUT XI.

A provisione beneficii sive curati, sive simplicis, per superiorem facta jure devoluto, appellationi non deferens an iudex vim facere dicetur.

SUMMARIUM.

- 1 Qualitas beneficiorum, de cuius provisione tractatur, alterat & varias prohibitionem appellationis.
- 2 Appellationi emissa à provisione Parochialis vacantis sive judicialiter, sive extrajudicialiter, à quovisve fiat, deferendum non est.
- 3 Devolutio ad superiorem fit cum omnibus qualitatibus & requisitis in prima provisione, ac si fieret ab inferiori.
- 4 Prima & secunda instantie eadem est natura.
- 5 Exceptiones, quæ admitti non debent in prima instantia, nec etiam admittende sunt in secunda.

6 Exceptio

- 6 Exceptio per quam mutatur figur. iudicii, non est admitterda in causa appellationis.
- 7 Causa summaria in prima instantia suam naturam retinet & in secunda.
- 8 Si aliqua dispositio aut sententia lata ab inferiori executionem mereatur, si ob aliquam causam ad superiorem faciendâ sit irrevocata, pariter eam mereatur.
- 9 Iudex appellationis succedit primo iudici tanquam confirmator vel infirmator.
- 10 Iudex subrogatus representat primum, & ejus potestatem.
- 11 Superior iudex potest facere, quæ poterat inferior.
- 12 Creditor meus si conveniat meum debitorem, contra quem habeo viam executivam, pariter & ipse poterit executivè experiri.
- 13 Creditor justinet magnum debitorem, cujus debito convent.
- 14 Subrogatus retinet qualitates & naturam ejus, in cuius subrogatus est.
- 15 Ordinatio providente Parochialem quoad executionem ejus juxta Trid. non attenditur quo jure an institutionis, an meræ collationis, an confirmationis, & sic nec devolutio.
- 16 Privilegium exequendi provisionem Parochialis non est datum juri providendi, sed ipsi provisioni, quia procedit ex natura causa.
- 17 Appellari si non poterat à jurisdictione ordinaria, pariter nec poterit appellare ab eadem prorogata.
- 18 Privilegium guarantee in hærentis juri & actioni debiti transit, ad quemcumque transiit actio.
- 19 Conc. Trid. sess. 14. de reform. c. 18. & motus proprii Pii V. dispositio loquens in ordinario habet etiam locum in Episcopo prorogato.
- 20 Exequenda provisionis Parochialis privilegium non est concessum providenti, nec ejus contemplatione, sed provisioni, & idco per variationem personarum non extinguitur, nec alteratur.
- 21 L. tempus 29. ff. de re judic. verba ponderantur.
- 22 Appellationis sublata privilegium si conceditur causa, est reale, & totum universalius comprehendit.
- 23 Ordinatio aliqua ratione differente executionem provisionis Parochialis, si illam interim superior revocet, & aliam ferat sententiam, poterit suam exloqui, cum vacans inveniat beneficium.
- 24 Ratio propter quam executur provisio Parochialis vacantis, militat in providente jure devoluto, cum idem animarum periculum adest in Ecclesia vacante.
- 25 Devolutio introducta fuit ob negligentiam providenti.
- 26 Privilegii causa durante durat ipsam privilegium, & ejus effectus.
- 27 Periculo durante, ob quod aliquid fieri mādatur, durat mandatum, dum durat periculum, & cessat illo cessante.
- 28 Pro certa & determinata causa ubi aliquid conceditur, durat, quandiu durat ipsa causa.
- 29 Generalis dispositio non intelligitur duntaxat de prima per sona quoties per illam non est satisfactum intentioni disponentis, sed iterum per aliam personam debet satisfieri.
- 30 Appellationi à provisione Parochialis jure devoluto sive judicialiter, sive extrajudicialiter non deferens superior, vim nullam facere, decernitur. Expenditur text. in c. 2. §. nisi, de supplenda negligentia Prælatorum, ibid.
- 31 Appellationi à provisione beneficii simplicis facta jure devoluto non deferens an vim faciat.
- 32 Appellationi à provisione beneficii facta per ordinariæ extrajudicialiter non deferretur, secus si judicialiter, quia tunc utrumque habet effectum. Et secundum hanc distinctionem pluries determinavit Rota Romana, prout refertur, ibid.
- 33 Jure devoluto provisio faciendâ est cum causa cognitione, an liti finis sit intra tempus, an scientia habi-

Salgado de Protect. Reg.

- sa fuisset vacationis, & à quo tempore, & alia discutienda, ex quibus causatur devolutio.
- 34 Devolutio jure facta provisione non citatis quarum interest, senatus aditus per viam violentiæ dare solet tertium genus, scilicet, oyendo de nuevo, y reponiendo lo hecho no haze fuerça.
- 35 Devolutivo jure facta provisio etiam beneficiorum simplicium judicialiter (ut requiritur) appellationi emissa non deferens vim non facit.
- 36 Devoluitur provisio ad ordinarium appellatione remota, ob controversiam intra patronos non finitam intra terminum datum ad presentandum.
- 37 Devoluitur provisio ad ordinarium non presentante patrono idoneam personam intra terminum appellatione remota, ita tamen ut patrono in posterum nullum patet præjudicium.
- 38 Devoluitur electio ordinario ob electionem factam per electores ultra tempus jure præfixum, & illa confirmatur appellatione remota.
- 39 C. nulla, §. si autem de concessione præbendæ, verba publicè ponderantur, & interpretantur.
- 40 Dispositio mandans aliquid exequi intelligitur appellatione non obstante quævis id non exprimat.
- 41 Contradictio seu querela remota à jure tacite subinre legitur remota appellatio.
- 42 C. lre as ad fin. de supplend. neglig. prælat. verba interpretantur. C. cum pro defectu vers. in verò ad quem, ponderatur, quæ jura curans omnem dilationem tollere provisione beneficii jure devoluto facta.
- 44 Dilationem ubi res non recipit, appellationi non est deferendum.
- 45 De devolutione omnia ferè jura tractantia præ oculis habent maximum damnum & periculum Ecclesiarum & animarum, causatum ex divitiis provisione.
- 46 Periculum & damnum proveniens ex longa vacatione beneficii fortius viget in provisione jure devoluto facta, & de ratione.
- 47 Appellatur licet non possit à provisione beneficii simplicis facta judicialiter, tamen fallit, quando provisio fit jure devoluto, & de ratione.
- 48 Devolutivo jure facta provisio non parat perpetuam præjudicium patronis, aut electoribus, &c. sed pro illa tantum vice.
- 49 Devolutio si revera non est causata; nec de ea constat ex actorum inspectione appellationi remissa deferendum esse, decernit Senatus.
- 50 Devolutione revera non causata provisio est nulla ipso jure, ex defectu potestatis.
- 51 Devolutione non causata facta provisio per superiorem non convalescit, etiam si postea causari contigerit ob negligentiam inferioris.
- 52 Quando unum disponitur, & alterum supponitur, non potest verificari dispositio, nisi prius verificetur suppositio.
- 53 Qualitas attribuit potestatis in nisi debet constare.
- 54 Appellationi deferretur à sententia nulla, etiam aliàs privilegiata.
- 55 Attentat an sit provisio jure devoluto facta appellatione pendente.
- 56 Appellat. ab una causa non suspendit aliam diversam.
- 57 Appellatio ab uno articulo non suspendit jurisdictionem in tota causa, nec afficit tertium.
- 58 Provisio facta jure devoluto, eo quod presentatus sit indignus, si non apparet de indignitate, erunt tentata gesta appellatione pendente. Pauli de Castr. doctrina declaratur, ibid.
- 59 Devolutionem, qua fundatur quis, sufficienter probare tenetur.
- 60 Tempus præfixum collatoribus ad providendum non currit à die vacationis, sed à die scientiæ & notitiæ.
- 61 Tempus jure præfixum ad providendum currit à tem-



- 62 Patronis currit tempus ad presentandum datum a jure vel a fundatore, a tempore notitia, non a tempore vacationis.
- 63 Scientia aliquorum ex patronis non nocet aliis ignorantibus vacationem.
- 64 Devolutio ut locum habeat omnium patronorum, aut electorum scientia requiritur, imò jus scientiam vacationem conservatur per ignorantes, ut excludatur devolutio.
- 65 Devolutio ut causetur ex negligentia sufficit scientia presumpsa, determinanda a iudice.
- 66 Devolutio debet fieri cum causae cognitione, & citatione quorum interest.
- 67 Devolutio non fit ad Episcopum ob litem inter ipsum & patronos motam & non finitam.
- 68 Mota lite inter Episcopum & patronos interim dum lite terminatur, Episcopum apponit economum.
- 69 Patrono aut Episcopo existente in quasi possessione currit tempus lite pendente super proprietate.
- 70 Devolvitur beneficium Episcopo lite mota inter patronos discordantes, nec fit finita intra terminum prefixum ad presentandum.
- 71 Devolutio jure facta collatio ob litem non finitam intelligitur salvo jure postea evincenti jus patronatus, ob litem non finitam.
- 72 Devolutio jure provisa potest evincens jus patronatus representare juris sui conservandi causa.
- 73 Devolutio in beneficio juris patronatus quando & quibus locum habeat, remissive.
- 74 Devolutio non causatur durante lite super jure conferendi, aut eligendi ultra tempus a jure praefixum.
- 75 Tempus non currit conferentibus, aut eligentibus, impeditis impedimento juris, aut facti.
- 76 Patronum excusat impedimentum, ut illi non currat tempus, non tamen excusat lis non finita.
- 77 Provisio Magistralis aut Doctoralis non facta per capitulum intra sex menses an devolvatur Episcopo, remissive.
- 78 Devolutio causatur quando patronus sive Ecclesiasticus, sive secularis praesentat indignum, inhabilem, aut incapacem.
- 79 Devolutio causatur generaliter collatione, aut electione incapaci, aut aliis indigni.
- 80 Ordinarius debet inquirere & scire conditionem ejus, cui confert.
- 81 Devolutio ob ipsum terminum fit superiores gradatim.
- 82 Devolutio in electionibus ad quos fit, & quemadmodum, remissive.
- 83 Devolutio quemadmodum & quibus casibus fiat de capitulo ad Episcopum, & de Episcopo ad capitulum, remissive.
- 84 Devolutio jure facta Provisi Parochialis an formam examinis per concursum requirat.
- 85 Devolutio quando contingat Magistralis aut Doctoralis ad Episcopum ob lapsum temporis dati Capituli ad eligendum, servari an debeat in ejus provisione forma concursus & examinis, resolvitur affirmativa, num. seqq. contra Nicol. Garc.
- 86 Devolutio beneficium cum omnibus qualitatibus, quae a principio inerat beneficio.
- 87 Devolutio fit ad superiorem cum eisdem qualitatibus, quibus inferior providebat tenebatur.
- 88 Superior ad quem beneficium devolvitur, debet illud providere habenti qualitates a fundatore requisiti.
- 89 Devolutio Parochialis provisione debet superior adhibere concursum, si determinavit congregatio Concilii.
- 90 Devolutio jure facta provisione Parochialis juris patronatus laici servatur forma concursus, licet aliis non requiratur, quando proceditur ad presentationem patroni, & de ratione.
- 91 Nicol. Garcia evidenter convincitur,

Spè conungit, de hac difficultate in supremis pretoriis dubitari, an scilicet, vis fiat non defrens hujusmodi appellationi a provisione beneficii jure devolutio gella; led cum ex qualitate beneficii, de cujus provisione tractatur; solet variari prohibitio appellationis, & ejus privilegium, aliud siquidem in Parochialibus fit dispositum, aliud vero de simplicibus praedictur, ideo de singulis quoad praefens dubium necessarium erit discipere.

Et quod attinet ad beneficium curatum devolutum ad superiorem ob negligentiam providendi intra terminum a jure statutum, vel ob aliquas alias causas eo indactas, nullum dubium esse potest; violentiam non committere superiori, illud jure devolutio providentem; appellationi intercedere minime defertentem, nam ut superius diximus exactè in 2. cap. 13. a num. 108. a provisione Parochialis sive judicialiter, sive extrajudicialiter celebrata non defertent appellationi nequam vim facere, ex Concil. Trid. sess. 24. de reform. c. 18. & aliis autoritatibus, rationibus, & fundamentis, quas ibi videre potes, ex animarum maximo periculo rectè in illis considerato, ac ideo eum a quovis provideatur, sive inferiori, sive superiori, cum sua qualitate, natura, & privilegio, atque sua causa (quae durat & viget in utroque) transit.

Etenim devolutio ad superiorem fit cum suo onere, & qualitatibus omnibus requisitis in prima provisione ac si fieret ab inferiori, probant Felin. in c. cum accessissent de constitutionibus. n. 8. Roch. de Curt. de jur. patron. verbo honorificum quest. 3. Lambert. de jure patron. eod. tract. de jur. par. 3. p. 2. lib. quest. 7. Rebuff. in prax. benef. tit. de devolut. an. 40. & idem Rebuff. in repetit. c. 2. de concessione praebend. in li. Corral. de benef. 4. p. c. 4. n. 16. Ferrer. conf. 211. n. 12. Azeved. in l. 5. tit. 6. lib. 1. recop. n. 2. Joan. Gutier. conf. 1. n. 31. Cabed. decif. 52. n. 4. & decif. 72. n. 9. p. 2. & idem in tract. de patron. Regia Corone c. 22. n. 3. & 4. Azor. instit. moral. lib. 6. c. 27. q. 8. Perez de Lara in tract. de anniver. & Capell. lib. 2. c. 10. n. 27. sed hujusmodi beneficii provisio coram inferiori facta habet hoc privilegium, hanc qualitatem, & naturam non differenda executionis, ergo cum eadem transit ad superiorem cui devolvitur.

Hinc etiam est, quod primae & secundae instantiae naturam eandem, non diversam esse, dicitur, ac quae in prima instantia admitti non poterant, nec admittenda sunt in secunda, l. post quam §. Imperator, ff. ut legat. nomine caveatur l. si quis cum major §. accusasse, ff. de bonis liberorum auctent. ut cum de appellat. cognosc. sub pri. collat. 9. l. fin. ff. de re jud. Bart. in l. 3. §. 1. n. 5. ff. de duobus reis. Bald. in l. fin. ff. de postulat. Imol. in l. hoc amplius §. fin. ff. de damno infecto. Abb. in c. cum Joan. n. 17. de fid. instrum. optimè Parla. lib. 2. rerum quotid. ca. fin. §. p. 1. n. 55. cum duobus seqq. Cyn. & alii per Alex. conf. 96. n. 5. lib. 2. Joan. Bapt. Affin. in prax. judic. in princ. cap. 4. n. 13. latè Felin. in c. fraternitatis in princ. n. 1. de restit. pro quo est text. in cap. sua nobis de appell. qua propter dicit Bald. in l. per banc C. de tempor. appell. in secunda instantia appellationis admittenda non est exceptio, per quam mutetur figura judicii. Hinc est quod causa summaria in prima instantia, suam naturam retinet & in secunda, Put. decif. 226. n. 2. & decif. 434. n. 3. lib. 2. Cassiad. decif. 8. n. 1. & 6. de rescript. Rot. decif. 43. n. 2. p. 2. divers. Marquell. de commissi. 1. p. c. 3. n. 35.

Rursus probatur, nam si aliqua dispositio, vel sententia lata ab inferiore executionem mereatur, si ob aliquam causam ad superiorem faciendâ sit translata, & devoluta; pariter & eam meretur, optimè Parlad. lib. 2. rerum quotid. c. fin. §. p. 15. n. 8. Put. decif. 426. lib. 2. Rot. decif. 19. n. 3. de re jud. in no. quia iudex secundae instantiae succedit iudici priori, Capic. decif. 86. num. 19. & per autor. in princ. ff. de usuris, & cap. Regni. in si. de restam. Spe-

Specula. in tit. de expens. in §. nunc videndum, vers. & nota quod expensa, &c. tenet ipse Guid. Pap. in tract. de appellat. n. 5. concl. 6.

Et facit quod dicit Bald. in tit. de pace Constant. §. hoc quid nos n. 15. quod iudex appellationis succedit iudici tanquam confirmator, vel informator. Alexand. consil. 174. col. 1. in prin. & n. 5. vol. 6. Natta. consil. 573. n. 35. in fin. Petr. Surd. decif. 147. n. 2. & ideo causa appellationis dicitur eadem, cap. non iniuste, in fin. de procurator. Specul. tit. de juram. calum. §. sequitur. n. 3. Sord. ubi proxime n. 3. Cynus in l. invitus n. 22. q. 14. C. de procurator. Alexand. consil. 56. n. 5. vol. 2. post alios dicit Surd. 11 ubi n. 1. ut iudex subrogatus primus, & ejus potestas repræsentet, ac propterea quod poterat facere inferior, item libet superiori, ut ibidem d. consil. 19. 184. incipit Joannes Salano n. 5. lib. 3.

Et facit doctrina Guido de Cusa in tract. de instrum. guarant. n. 25. & seqq. vol. 5. tractatum aversorum an. 12. quod meus creditor si vult convenire meum debitorem contra quem habeo viam executivam pariter poterit adversus illum executivam experiri, quia creditor sustinet imaginem sui debitoris l. cum notissimi §. sed cum illud C. de prescript. 30. vel 40. ubi adducit simile 13 de emptore nominis & cessionarij, ubi latè nonnulla adducit, quae conduunt ad propositum, non latè infra 4. p. de excessu de persona ad personam, cap. 8. a n. 247. vers. rursus ubi potest, & c. 7. n. 175. eod. 4. p. ergo pariter ista provisio est quavis provisio five inferiori five superiori fiat, executionem debet mereri.

14 Quoniam superior ob negligentiam inferioris in ejus locum subrogatus est, quare ex natura subrogati, ejus proprium est fervare, & retinere qualitates quae inerant in eo, in cuius locum subrogatum est, l. si cum, §. injuriarum, ff. si quis cautio l. si filia §. Titius, ff. de condit. & demon. l. si donata §. si sponsus, ff. de donat. inter. l. pater ff. de adim. l. si cum dotem, §. ult. ff. solut. matrim. l. si & rem ff. de petit. hered. l. Imperator, §. ult. cum l. seq. ff. de legat. 2. & alia jura, eandem naturam jusque praesentia rebus, & personis subrogatis. Et in terminis collationis ponderat hanc regulam Selva de benef. 3. p. 2. §. quest. 49. & multò fortius procedit, quando ad ipsum ordinarium facturum institutionem, seu confirmationem liberè provisio devolvitur; non enim attenditur, quo jure Parochialis provideatur; ut non obstantè appellatione, provisio exequatur, an jure institutionis, an jure confirmationis, an liberæ collationis, juxta text. in d. Concil. Trid. sess. 24. de reform. cap. 18. & sic nec est attendendum, quando jure devoluta: quia non juri providendi privilegium illud datum est, sed ipsi provisioni, provenit siquidem ex natura causae: pro quo faciunt quae Cynus in l. si quis ex consensu, C. de Episcop. audient. gl. & Doctores in cap. penult. d. offic. deleg. Bart. in d. l. Episcop. C. de Episcop. audient. Angel. in l. 1. col. 2. ff. de judic. lll. in l. si quis adversus, C. de precib. Impera. offer. Decius conf. 3. & in conf. 25. Gram. decif. 9. n. 4.

17 & 5. ubi eleganter dicunt, quod si a sententia lata jurisdictione ordinaria non poterat appellari, pariter nec poterit appellari a lata jurisdictione prorogata.

18 Et facit etiam optima doctrina Guido de Cusa in tract. de instrum. guarant. n. 28. & 29. ubi dicit, quod si privilegium guarantee inhaeret juri, & actioni debiti, ac ideo ad quemcumque transierit ipsum jus, transit simul privilegium guarantee; quia transit cum sua causa, l. si convenerit, §. si fundus, ff. de pignor. actione, & cum omni suo auxilio, & beneficio, l. de omnibus, ff. de reg. jur. ubi loquitur de creditore; contra debitorem sui debitoris, agere volente.

19 Et in terminis hoc videtur asseverare Marefcot. var. resolut. lib. 1. cap. 52. n. 24. in fin. dum dicit, quod Concil. Trid. sess. 24. de reform. cap. 18. & motus proprii Pii V. dum loquitur de ordinario, habet locum etiam in Episcopo subrogato, juxta d. §. injuriarum.

Kursus quoniam hoc privilegium exequenda provisionis parochialis est non concessum providenti nec ejus contemplatione, sed provisione, elique ei inhaerens, & ideo per variationem personarum non extinguitur, nec alteratur, non solum, ff. de in integr. restit. l. interdum, ff. de mino. l. exceptio: quia personis in princ. & in §. rei autem coherentes, ff. de except. argum. l. in omnibus, ff. de reg. jur. l. si tibi §. pactum, & l. bareca, ff. de pact. & l. ubi ff. de injuriis, l. senator. de ritu nuptial. l. Yticia Seio, §. juras, ff. de legat. 2. & facit text. in l. tempus 29. ff. de re jud. ubi quia causa magis quam personae beneficium praestatur, & c. argum. c. privilegium de reg. jur. in 6. & quae latè ibi Dinus a n. 9. & ibi gl. fin. in addit. Innocent. in c. Abbas. de verbor. signif. in fin. & ibi Abb. n. 16. glof. in c. cum venissent, & in cap. probatum de institutionib. Bar. in l. quia, ff. solut. matrim. Felin. in cap. mandata de presumption. & ibi addit. circa fin. latè per Card. Tusc. in 6. tom. lit. P. verbo privilegium reale.

Et quando privilegium appellationis tublatæ conceditur causae, sit reale; atque ut totum comprehendat univèrsaliter, tenet eleganter Philip. Fran. in c. interposita 70. §. ille denique, vers. sed si queratur, n. 7. de appell. Felin. in cap. causam qua sub n. 27. de rescript. Decius in cap. pastor alius sub n. 30. de appell. Menoch. etiam de app. pisen. post. rem. 4. q. 99. sub num. 814. & conduunt quae Abb. in d. c. pastor n. 6. vers. item adde aliam, & ibi Fran. sub n. 22. q. 6. & idem Fran. in d. §. ille denique n. 7. vers. sed si queratur, in fin.

Deinde faciunt quae ex Hieronymo Gonzal. in re gul. de mens. gl. 6. n. 22. latè probavimus supra hoc lib. 3. cap. 4. a n. 31. circa secundam instantiam illius quaestionis, quod si ordinarius non providerit beneficium curatum, quia superior ad quem itum est, per appellationem ab aliquo gravamine, retineas causam, providit beneficium, vel aliqua justa causa ipse ordinarius suspendit, executionem suae sententiae, & provisionis, nam lata a superiore eam potest exequi cum inveniatur beneficium vacans, militat siquidem in hac secunda sententia & provisione ratio privilegij, hoc est periculum longae vacationis, de qua per d. c. 18. Concil. Trid. & nos exactius in lib. 2. cap. 13. de appellatione & provisione. Quae ratio cum durans reperitur in providentia Parochiale jure devoluta, quia reperit beneficium vacans in maximum animarum, & Ecclesiae periculum, quoniam hac de causa introducta est devolutio ob negligentiam providentis, cap. 2. cap. quomodo fit de electione lib. 6. cap. ne pro defectu de electione, cap. unica. de jur. par. lib. 6. cap. quia diversitatem de concess. praebend. cap. licet supplend. negl. praelat. nihil mirum quod superiori pariter liceat suam exequi provisionem.

Et sic durante causa privilegij debet ipsum privilegium, ejusque effectus durare, & perseverare, ut per l. semper §. negotiatore, ff. de jure immun. l. si cui §. 1. ff. ex quibus causis major. l. a. §. omnes de iudicis, l. Titia, §. usuras, ff. de legat. 2. l. qui nominibus, ff. de administ. tut. dicit Signor. Homodeus conf. 135. pater. col. 1. n. 6. Tiraq. in tract. de causa cessante n. 17. l. eam legem C. de excusa, mun. lib. 10. l. feminas ff. de senator. & durante periculo ob quod aliquid fieri mandatur tunc cessat mandatum, dum cessat ipsum periculum; non aliter, Bal. & post eum Salic. qui dicit notabile in l. 1. per text. ibi. C. de nautico faenore, sequitur lll. in l. 1. col. 13. vers. & circa hoc ff. de off. ejus cui mand. & jurisd. Tiraq. ubi proxime, n. 42.

Nam ubi aliquid simpliciter conceditur, & disponitur pro certa & determinata causa, non intelligitur de primo, sed toties durat, quoties ipsa causa, Bart. in l. 1. col. ult. ad l. Jul. majest. arg. l. continuus §. qui insulam ff. de verbor. oblig. l. veteres col. seq. ff. de in rem actioque privo. Angel. in l. utimur ad ff. de sepulchro viol. Panorm. in c. 2. de treuga & pace. Joan. de Plat. in l. 1. col. 2. vers. simplex & indeterminata, C. de nautico. Georgius Nat. in repet. Cl. sac. in prin. col. 6. vers. mihi magis placet.



et verbis significat Decius concl. 562. viso puncto colum. 1. vers. ad idem facit.
29 Insuper quum cum Concilio Trid. in d. c. 18. Ecclesia Parochialis vacanti providerit per executionem provisionis...
30 Sed in simplicibus beneficiis major fiat difficultas, an scilicet ab eorum provisione per devolutionem ab ordinario...
31 Sed in simplicibus beneficiis major fiat difficultas, an scilicet ab eorum provisione per devolutionem ab ordinario...
32 cap. 13. a. n. 153. de actibus extrajudicialibus; nempe à collatione, institutione confirmatione, seu aliis provisione beneficii simplicis gesta extrajudicialiter...
33 Et etiam per devolutionem beneficii provisio facienda

aliter non sit, quam per citationem subsecutam eorum quorum interest, & causae cognitionem adhibitam, an lis finita sit vel intra tempus, an vacationis scientiam habuerit necne, & ad alia multa discutenda, & alleganda...
Sed contrarium sententiam in difficultate principalis scilicet, ut etiam in simplicibus beneficiis per devolutionem provisio appellati non sit deferendum, consilio de devotione, probat text. (indistincte, & generaliter loquens in omnibus beneficiis) expressus in cap. si vero 12. de jur. patr. in hac verba: Si vero ordinatio alicujus Ecclesiae ad tuam institutionem spectat & pro controversia laicorum de jure patronatus inter se deceptantium, prorogatur; fas tibi sit appellatione remota, in eadem personam idoneam instituire, &c. text. optimus in d. c. 2. §. & nisi, de supplend. neglig. pralator. ibi. Et nisi praedictae personae intra tempus Lateranensis Concilii constitutum, ad vacantes Ecclesias tibi personam idoneam praesentaverint, & tunc tibi liceat appellatione remota, in eisdem ordinare Rectores, qui et praesente noverint, & professe ita tamen, quod ex hos nullum patronis praedictum in posterum generetur, &c. text. etiam elegans in cap. dilecto de supplend. neglig. pralator. ibi; (mandamus quatenus nisi dicto Guillelmo aliquid canonice obierit, electionem de ipso factam sub lato appellationis obstatulo, confirmetis, &c.) ubi est casus, quod facta de aliquo electione per electores ultra tempus praefixum, ordinarius tanquam ad de devoluta, alium elegit, à quo cum appelleretur, mandat Pontifex, ut firmetur electio ab Episcopo facta, appellatione non obstante & remota, quia prima electio fuit nulla.
Probat etiam text. in c. nulla §. si autem, de concessione praebendae, ibi, quod si ad capitulum pertinerit, & intra praescriptum terminum hoc non concesserit, Episcopus secundum Deum hoc cum religioforum virorum consilio exequatur, vel si omnes forte neglexerint, Metropolitanus de ipsis secundum Deum absque illorum contradictione disponat, &c. ex quo text. duplicata resultat appellationis prohibitio in provisione beneficiorum de jure devoluto facta; altera ex illis verbis, ibi, hoc cum religioforum, &c. exequatur: quoniam quam do dispositio jubet aliquid executioni mandari, etiam non declarat appellatione remota, etiam ea postposita; exequendum est. Ill. in cons. 187. incipit circa primum, sua n. 2. ad medium & similiter lib. 2. & per Lancel quem citat, idem, dixit Hier. Gonzal. de men. & alternat. gl. 9. in annot. sub n. 18. altera etiam colligitur ex illius text. 41. verb. ibi, absque aliorum contradictione disponat, &c. siquidem quando à jure removetur contradictio, seu querela; appellatio remota censetur. ut post Bal. in l. 1. §. 1. vers. sed an remota, ff. de off. praefecti pra. qui loquitur querela, & text. in c. personas de appellat. qui loquitur de contradictione, ibi, sine contradictione aliqua, &c. & ibi in fine sicut de alio diximus appellatione remota parere constringas, &c. qui est text. elegans ad propositum, & de utroque Gonzal ubi proxime. Dec. in d. c. personas in 4. notab. Lancel. Robert. de attent. 2. p. c. 12. lim. 8. n. 4.
Rursus ad idem plura jura persudant, prout est text. in cap. literas ad fin. ibi, ess de personis idoneis autoritate nostra suffulti non differatis, quanto citius ordinare

ordinare, &c. de supplend. neglig. pralator. text. in c. cum propter, ibi, & ad eo, cui competit intra quatuor menses non fuerit diffinitum, extime Ecclesiam ipsam de persona non differas idonea ordinare, &c. de jure patron. text. etiam in c. ne pro defectu 41. ibi, si vero, ad quem fuerit devoluta potestas, Deum pra oculis habens non differat, &c. canonicè providere, &c. de electione; quae quidem & alia jura diligentissime curant, dilationem ab hujusmodi provisione facta jure devoluto excludere, & amovere, commendantia diligentiam; & quando res dilationem non admittit, appellationi interjectae deferendum non est, l. fin. ff. de appell. recip. Ripa in l. 1. in prin. n. 17. ff. quorum legatorum, & ad propositum facit bonus text. in l. & publicarum, ibi ne commoda, & quod domui nostrae debentur, callidis debitorum artibus differatur, quoniam appellatione eorum rejecta, &c. Quorum appellat. non recip. Speculat. in tit. de appell. §. in quibus vers. 3. Mantua in lute. in 2. lectu. n. 173. C. de edicto D. Adr. Gram. decif. 82. n. 2. & per Ripam Bal. & Angel. multa per Men. de adips. rem. 2. a. n. 61. & 58. Baeza de inope debitorum c. 1. n. 20. Bal. in lumen n. 6. vers. quid si unus Csi de momen. pess. Marant. de ord. jud. 6. p. princ. quaest. 2. n. 195. vers. 27. limitat. Petrus Dueñas in regul. 42. num. 23. Afflicis in cons. Neapol. lib. 2. cap. 32. Nat. cons. 108. num. 1. & cons. 409. num. 5. lib. 2. Tiraq. in tract. de privileg. pie causa privileg. 147. qui testantur de doctrina in variis casibus, & infinitis, ubi de materia nos exactè supra hoc lib. 3. c. 1. a principio.
45 Quod quidem iustissima ratione attemptata ita sancitum est, siquidem omnia ferè jura de devolutione tractantia, pra oculis habent maximum periculum, maximum inconveniens, & damnum, quod ex longa, diutinaque vacatione oritur, & irrogatur Ecclesiis, eorum bonis & animabus eidem: text. in d. c. ne pro defectu 41. de electione text. etiam in d. c. nulla §. cum vero de concessione praebendae, quae sit de electione lib. 6. facit text. in c. si Apostolica 35. de praeb. lib. 6. & alia plura facit, c. cum expediat 8. Conc. Trid. sess. 24. de reform. & 46 motus proprius Pii V. in conferendis, quae ratio magis viget quod quidem periculum magis imminere apparet in provisione jure devoluto facta quam antea. Etenim cum jure sit taxatum, & limitatum tempus, & quantum potuit extensum, & concessum, quo Ecclesia cum minori damno possit esse vacans, ac viduata, ut intra illud provideatur, eo per negligentiam elapso, cum incipit notum esse periculum, & nocere vacatio, ultra ut non moretur; statim subintrat prioris diligentia, cui iuste jura jubent provisionem celerari, ac non differri, amovendo obstacula; & impedienda, quae solent in longum vacationem protrahere, prout sunt appellationes, & contradictiones, ut dictum est. Pro quo rectè facit doctrina Abb. cons. 93. lib. 1. quod si ex forma statuti medicus debuit eligi mense Januarii, qui tamen non fuit electus, poterit postea eligi quocumque mense, quia fortior militat ratio statuti, qua quanto magis differatur electio, tanto majus mora est periculum allatura, sequitur Rota in una Sulmonen. Canonatus coram D. Cantucio, 4. Martii 1583. quam referens sequitur Nicol. Garcia de benef. 5. p. c. 1. n. 88. Anastas. Germo. de indultis Card. §. vol. 18.
47 Quare non obstat constat, quod superius diximus ad principium hujus articuli, à provisione beneficii simplici non esse appellationi deferendum, quoties judicialiter provideatur; quoniam limitatur hoc de quo agimus casu, juxta jura haecenus adducta, & ex specialitate rationis noviter ortae post lapsum termini providentibus datum quae nec viget, nec reperitur in beneficiis simplicibus provisio intra terminum statutum, & constituto providens; ut Ecclesiae celerius provideatur, tanquam revocabilis extenditur, Rebuff. in concordatis in Rubr. de collationibus gloss. contraverint

ante fin. vers. nec resistatur. Gemina. in c. statum n. 6. ad medium, vers. item jura sequentia de praeb. lib. 6. nec hic agitur de perpetuo & maximo praedictum, cum ne- mo privetur jure conferendi aut praesentandi, sed pro illa vice duntaxat, ut probant text. in d. 2. de supplend. neglig. pralato. ibi, quod ex hoc nullum praedictum praedictum in posterum generetur, d. csi vero, de jure patr. c. cum prater eodem tit. & alibi p. sum. notat Nicol. Garcia de benef. 2. tom. 10. p. c. 2. sub n. 10. & ex supradictis à prin. resultat conclusio, ut appellationi emissa à provisione jure devoluto facta beneficii, siue Parochialis, siue simplicis, quantumvis judicialiter, & in contradictorio judicio gesta, iudex non deferens vim non faciet, & causa sibi remittetur.
Quam conclusionem omnimodo velim, ut limites, ut procedat quando ex actis revera constet & appareat ex ipsorum inspectione de devolutione, secus autem quando ordinarius seu superior collationem fecit beneficii tanquam ad se devoluti, cum revera non esset, quoniam talis provisio irrita est, tenent Becc. decif. 70. Zerol. in prax. Episcop. 1. p. verb. jus patronatus ad electum dubium. Perez de Lara de anniversar. & Capellan. lib. 2. c. 10. n. 30.
Nam ex quo devolutio in veritate nondum causata est, non valet collatio ex defectu potestatis juxta regul. lex parte de concessione praebendae. cum super de off. deleg. nec convalescit etiam si primus non conferat intra tempus Felin. in c. cum ex officio, de prescript. num. 37. Rebuff. iii de devoluzione num. 32. addito magna Rotae decif. 10. de jur. patron. in ant. & post Selvam, Probum, Lamber. Pechium, Hieronym. Gab. tenet Nicol. Garcia de benef. tom. 5. p. cap. 9. num. 252. & 10. p. tom. 2. cap. 3. num. 31. & 32.
Quia quando unum disponitur, & alterum supponitur, non potest verificari dispositio, nisi prius verificetur suppositio. gl. in l. mancipia, verbo advocandam C. de servi. fugit. ubi notat Jacob. Butr. Bald. Fulgof. Paul. & Sali. Rom. singul. 459. & alii, quos citat Joan. Garcia de conjug. acquies. n. 33. & 120. Gutier. cons. 1. n. 16. Rolan. à Valle cons. 10. n. 14. lib. 4. & qualitas, quae attribuit potestatem, de ea in primis & ante omnia debet constare, & verificari, Farin. in prax. crim. tom. quaest. 1. n. 86. & quaest. 21. num. 87. & cons. 10. num. 26. & late nos p. 2. c. 3. a n.
Ac propterea succedit regula & doctrina supra c. 9. §. 4. à num. 1. & seqq. adducta, ut ab actu & sententia nulla, etiam alias privilegiata, violentia non fiat, si appellationi sit minime delatum, juxta l. §. condemnatum de re jud. & advertet, quod licet Nicol. Garcia. de benef. tom. 2. 10. part. c. 2. in addit. ad n. 32. allegat Oldrad. consil. 299. n. 5. Paul. de Caltr. cons. 140. lib. 1. Mohedan. decif. 1. de praebend. num. 1. ad hoc quod collatio facta ab ordinario jure devolutionis ex sententia rejiciente praesentatos, à qua fuit appellatum, quia cum contulerit ex praetensio jure devolutionis, attentata erit, quae resolutio & Doctorum assertio merito eidem Nicolao Garcia displicerit, eo scilicet fundamento, quia non ex sententia rejiciente praesentatos provenit jus devolutionis, sed ex praesentatione facta extra tempus, seu de indigno, aut incapace, & sic appellatio à tali sententia non potest suspendere devolutionis provisionem tanquam causam diversam, & separatam, quia quando causae sunt distinctae, & separatae, aut inter se diversae, tunc licet sit appellatum ab una, tamen non suspendit in alia, Rota decif. 31. aliis 193. si ab excommunicatione in fin. de appell. in novis. Franc. in c. praterea 22. not. ab. 2. n. 1. & c. propofuit 24. notab. 1. de appell. Paris. cons. 66. videtur n. 6. in fidelib. 2. Ant. de Butr. in c. super eo 10. n. 1. & 2. quem refert & sequitur ibid. Franc. sub num. 3. & uberius sub num. 9. vers. sed advertet, quia de appell. Decius cons. 33. viso puncto sub num. 4. in 2. praesuppositis, & post Lancelot. de attentat. 2. p. cap. 12. limit. 2. n. 13. & 14.



scilicet isæ etiam prosequitur Scilicet de appell. quest. 17. 37 limit. 47. memb. 2. a num. 12. ubi etiam quod appellatio in uno articulo, non suspendit jurisdictionem in tota causa, sed duntaxat in illo articulo, nec afficit tertium, ut vulgare est per Doctores, & sic etiam in casu quo loquuntur Doctores citati, non impeditur devolutio, & casu quo esset vera eorum resolutio, nihil adhuc detraheret nostræ principali doctrinæ, & opinioni, tot juris dispositione comprobata, & Oldrad. ubi supra nihil facit ad propositum Paul. Castr. autem elegantissimè loquitur, & in terminis de quibus nos in modo descripta limitatione; dicens, quod collatio facta ab Episcopo jure devolutionis, eo quod presentaverat Ab. quandam indignum, & non legitime ætatis, tanquam facta appellatione pendente per Abbatem, & presentatum interposita; dicitur attentata, cum facta fuerit antequam de incapacitate, tanquam causa devolutionis, appareret, cum contrarium allegaretur ex adverso, & ideo non solum Paul. de Castro, sed ceteri alii Doctores in hoc sensu accepti, favent nostræ doctrinæ, & limitationi, & ad hos terminos nostræ limitationis reducendi sunt, ne redargui possint loqui contra jura expressa.

626. a n. 9. & Zerol. d. 8. l. 1. & 2. aucto Nicol. Garc. ubi supra n. 31. & 34. post princ. & n. 38. que faciunt ad eam que supra tetigimus causa cognita, & cum partis (de cujus præjudicio tractatur) citatione devolutionis provisionem faciendam esse.

Et attende, licet quod tempus præfixum patronis ad presentandum non currit, si intra illud lis orta inter ipsos & ordinarium Episcopum, illos juris patronatus Ecclesiam esse, hunc liberæ collationis, nec ad eundem sit devolutio, & potest interim œconomum ponere, quousque lis terminetur. Zerol. post alios in praxi Episc. a. p. verb. jus patron. ad quintum ad medium. sequitur Perez de Lara in tr. actu de app. lib. 2. c. 9. n. 37 & 38. & est l. 1. tit. 15. p. 1. & ibi Greg. Lopez, & post plures alios optimè Spino gl. 4. n. 24. ubi limitat, & bene nisi aliquis, sive Episcopus, sive patronus sit in quasi possessione, de qua non contenditur, quia tunc statim est faciendi provisio, juxta c. consultatio. de jure patr. c. volum. 1. c. 94.

Si tamen lis fuerit inter ipsosmet patronos se dicentes, & non concordantes in presentato, vel quia alter ipsorum præterdit, alium non esse patronum, vel quid simile contendatur: tunc si lis finita non fuerit, nec terminata intra terminum à jure præfixum patronis; devolvitur provisio ad Episcopum, qui poterit collationem facere, glof. in c. eam te. jur. patron. & ibi Abb. & Innocent. & idem Abb. in cap. 1. num. 3. & Innocent. n. 2. eodem tit. glof. 1. in c. 2. 16. quest. 7. Abb. & omnes in c. cum vos de off. ordin. Selva. de benef. 2. p. 9. 6. n. 4. & in 3. p. quest. 1. n. 9. Lambert. de jur. patr. lib. 2. p. 2. quest. 1. art. Perez de Lara, ubi proxime d. c. 9. sub num. 38. ad fin. Zerol. in d. verb. jus patr. ad quintum. Nicol. Garcia de benef. 3. tom. 10. p. c. 2. num. 19. & alii statim citandi, & sunt jura expressa text. in c. quoniam 3. ibi, & id ipsum etiam faciat, si de jure patronatus questio emerferit inter aliquos, & cui competat, intra quatuor menses non fuerit definitum, & c. text. etiam in c. eam te, ibi non fuerit controversia terminata, licitum tibi sit de persona idonea ordinare, & c. eodem tit. text. etiam expressus in c. si vero, eod. tit. & etiam est expressa lex Regia 11. tit. 15. p. 1. & hæc collatio intelligitur salvo jure presentandi in posterum illi, qui jus eviderit patronatus per ultimam calculum sententia, ut probant præfati Doctores præcipue Zerol. Lara, & Lambert. & probant expressè text. in d. c. cum propter, ibi, ita quod illi ex hoc non debeat in posterum præjudicium generari; qui jus eviderit patronatus, & c. text. in c. 2. de supplend. negli. pral. ibi ita tamen quæd ex hoc nullum patronis præjudicium in posterum generetur: reservatur etiam patrono vincenti, ut lite finita possit repræsentare jam institutum ab Episcopo jure devoluto, juris sui conservandi causa, ut principium habeat quasi possessio illius, tradunt Lamber. de jur. patr. lib. 2. p. 2. q. 1. in prin. art. 9. n. 6. Lara de anni. lib. 2. c. 9. n. 39. & facit d. l. 1. tit. 15. p. 1. & etiam est text. expressus in d. c. si vero, ibi, ita quod repræsentetur ab eo, qui jus eviderit patronatus, & c. ubi glof. & Doctores.

Et an, & quando devolutioni juris patronatus locus sit, variis causis monstratur, ubi sex elegantissimi casus distinguuntur, totam materiam, & difficultates absolventes, ponit Rotæ decisio 886. per totam, in noviss. recollect. per Farinac. 1. p. quam per te omnino vide, quia fortè casum, quem quaeris, invenies, & optimè Marefcot. var. resol. lib. 6. Ricc. in prax. Eccles. juris patr. de if. 188. per totam, fol. 180.

CAPUT XII.

SUMMARIUM.

A sententia lata in remedio adipiscendæ ex l. fin. C. de edicto D. Adriani, aliisve quibusvis possessoris remediis: an, & quando judex Ecclesiasticus vim faciat, appellationi non deferens, & quid à sententia continente mixturam.

- 1 Possessorium judicium duplex est, aliud summarium seu summarissimum, aliud ordinarium seu plenarium.
2 Possessorium summarium est preparatorium judicio ordinario possessorio.
3 Possessorium summarium, cum sit momentaneum spirituale, exigit summaria cognitionem non libellum, litis contestatione, conclusionem, aut diffinitivam sententiam. Possessorii summarii natura, & effectus, quod proponatur, & quod duret, ibid. breviter tamen.
4 & 8. Possessorii summarii ad materiam qui sine videndi. § Posses.

differentiam fecere Feder. de Senis consil. 232. Rebuff. in concord. tit. de regia ad prelaturas nominatione §. 1. verb. intra sex menses. Lambert. 2. p. lib. 2. q. 1. art. 2. Berojus in c. quoniam de jur. patr. n. 42. & Flores de Men. quest. pral. q. 3. n. 33. & 34. Nicol. Garc. de benef. 10. part. cap. 2. n. 19. quia ius impeditis, sive impedimentum sit juris, sive facti, non currit tempus. Abb. in c. quia diversitatem n. 3. de concess. prabend. Cosmas in pral. sancti. tit. de collatio. §. item circa verbo tempus. Selva de benef. 3. p. 9. 59. Rebuff. tit. de devolutio. a n. 10. Rochus de Curt. de jur. patr. verb. honorificum. q. 28. n. 58. Mandegar. in tract. de election. novorum prelatorum. 1. p. cap. 2. & 3. & ibi Boërius, & Petr. de Baviso in directorio electionum 3. part. cap. 42. Joan. Gutier. canon. qual. lib. 1. cap. 28. Flores de Men. d. q. 3. n. 4. & supra. Zerol. in prax. verb. jus patron. 768. 1. dub. & legitimo impedimento flante, etiam excusat patrono, ut non currat ei tempus, ut ipse Zerol. ibi post alios & optimè Spino de test. gloss. 4. n. 23. & 24. quod est intelligendum, non de impedimento litis, cum patronis non excuset ex supradictis.

77 Quid autem sit dicendum in provisionibus, seu electionibus canonicatum Doctoralis; & Magistralis: an eorum provisio debeat fieri intra sex menses, ita ut aliis devolvatur ad superiorem, & Nicol. Garc. ubi proxime 5. part. cap. 4. n. 222. cum duob. seqq. tenet devolutionem causari ad tradita per Anastasium Germonium de indultis Cardinalium, §. volumus n. 56. maxime cum provideantur autoritate ordinaria, tamen ut superior ad quem fit devolutio, non teneatur ponere edictum, nec facere concursum: quia ista forma datur duntaxat Episcopo, & capitulo: sed an verum sit statim dicam in fin. hujus cap. ubi etiam an ad Episcopum fiat hæc devolutio.

Et devolutio etiam causatur, ubi patronus sive Ecclesiasticus, sive laicus presentavit indignum, inhabilem, vel incapacem, Rot. decis. 5. de jur. patron. in novis. Abb. n. 5. & 6. & ibi additio, & alii DD. in cap. scum vos de off. ordin. Rochus de Curt. de jur. patr. verb. honorificum n. 16. Lambert. eod. tract. 1. p. 2. lib. quest. 10. art. 4. & iterum 3. p. lib. 2. quest. 2. art. 2. n. 27. Probus ad Monachum in c. tibi absenti. de prob. in 6. n. 53. Crescent. decis. 11. de jur. patr. Padil. in l. cum quidam n. 17. ff. de legat. 2. Quintanaduen. ecclesiasticum. lib. 1. cap. 7. num. 10. Agid. Bellamer. decis. Rotali 172. incipit, collatio facta fuit regulæ cancell. 42. de commend. Felin. in cap. cum nostra n. 44. vers. 8. nota Hieron. Gonzal. in regul. de men. glof. 8. n. 40. & 41. & est decisio Rotæ adducta per Nicolaum Garciam 7. p. cap. 1. n. 65. ubi hanc opinionem sequitur, & in 1. tom. 5. p. cap. 9. n. 249. & idem optimè in 2. tom. 10. p. c. 3. n. 4. & 5. contra alios dicentes non procedere in patronis laicis.

79 incapax vel alias inhabilis, cap. cum in cunctis §. fin. de electione, ubi Doctores & cap. scriptum vers. si verè, eodem tit. cap. si compromissarius de electione l. 9. Corral. in tract. de benef. 1. p. cap. 7. n. 11. Cuchus in tract. de benef. & pension. c. 5. n. 5. Nicol. Garcia ubi proxime d. cap. 9. n. 2. ubi n. 3. adducit elegantem Rotæ decisionem, an ordinarius qui confert, teneatur inquirere, ubi dicitur debere fire cognitionem ejus, cui confert.

81 Notandum est insuper, ut devolutio beneficii propter negligentiam non providendum infra tempus à jure statutum, sit ad superiores gradatim. text. est in c. licet de supplenda negligentia pral. c. 2. de concess. prabend. & ibi latè DD. Corral. de benef. 1. p. d. cap. 7. n. 8. & 4. q. cap. 1. n. 11. Caldas Pereyra respon. 3. n. 2. Azor. in liti. moralium 2. part. l. 6. cap. 27. & alibi passim per DD. & ad quos in electionibus devolutio fiat, & quemadmodum intelligatur vide Abbatem in cap. cum in cunctis §. fin. de electione. Doctores in cap. quoniam de electione in 6. Rebuff. in tit. de devolut. n. 17. & idem in repetitione cap. 2. de concess. prabend. circa fin. vers. quartò

quartus, & in concord. tit. de collatione. §. si quis verò verb. immediatum Paul. de Ciudad. 6. p. art. 3. quest. 26. n. 4. Petr. Greg. de benef. cap. 39. n. 21. Zerola 1. part. verb. beneficium §. 2. 2. fol. Cuchus de benef. c. 5. n. 5. Azor. ubi proxime, quos vide & quemadmodum devolutio fit tamquam de capitulo ad Episcopum, quam de Episcopo ad capitulum, & in quibus casibus, vide Nicol. Garc. de benef. 10. p. cap. 3. n. 33. cum seqq.

Sed stat difficultas, an in collatione Parochialium facta jure devolutivo forma examinis, quæ coram inferiori requiritur, servari debeat, in quo videtur dicendum, non requiri, imò duntaxat locum habeat, quando jure ordinario Parochialis confertur, vel instituitur. ex his quæ dicit Nicol. Garc. de benef. 5. p. cap. 9. num. 222. volatis ad superiorem, ob non eorum factam electionem intra sex menses à jure statutos, non requiritur forma concursus, quia hæc duntaxat apponitur videtur Episcopo, & capitulo. Sed nihilominus contrarium verius est de jure, tum quia (ut supra diximus) ad principium inerant beneficio, & ad superiorem devolvitur cum eisdem qualitatibus, cum quibus inferior providere tenebatur. Gutier. cons. 2. n. 15. Achil. de c. 13. de jur. patr. Hieron. Gonz. in regul. de mens. gl. 46. n. 33. quia natura beneficii mutari non debet. Cephal. consil. 37. 378. n. 8. col. 3. Gab. cons. 185. n. 2. & superior, ad quem est devolutum, debet providere habenti qualitates à fundatore requisitas, ut plures referens tradit Perez de Lara de anniv. & Capell. cap. 10. n. 27.

Et in terminis ita censuit Sancta Congregatio Concilii 29. Junii anno 1600. quæ est decisio 261. inter novissimas recollectas per Farin. 4. p. in hæc verba: Congregatio Concilii censuit, in collatione Parochialium, quæ jure devolutivo confertur, servandam esse formam examinis per concursum, quia patronus non lædam examinis per concursum, quia patronus non læditur. Et quia sublato obstaculo presentationis, & juris patroni illa vice exclusi, res cedit ad ordinarii potestatem. Hactenus de decisione, quæ est ponderanda, ut loquatur etiam in Parochialibus juris patronatus laicorum, in quibus S. Concilium Tridentinum non habet locum concursus, quando providentur ad eorum presentationem per ordinarium: & sic evidenter convincitur Garcia ubi proxime, quia etiam ubi non requiritur examen per concursum ex aliquo impedimento prout in terminis dictæ decisionis: coram inferiori, requiritur coram superiori, ad quem provisio devolvitur.